AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 105v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simul enim cum illa gererentur · etiam conuitia iaciebant.
completa est hora sexta · & facte sunt tenebre quas matheus
& marcus & lucas commemorant. Iam itaq; corruat impia
ꝑtinatia · & credat dn̄m ih̄m xp̄m · & tercia hora crucifixū
lingua iudeoꝝ · & sexta manib; militū · quia in tumultu
iudeoꝝ & pilati estib⁹ due atq; ampli⁹ hore preterier̄ · auoce
qua dixerunt · crucifige · S; ipse marc⁹ qui maxime breuitatis
sectator est breuiter uoluit intimare pilati uoluntatē &
conatum ꝑ dn̄i uita · Cum enim dixisset · at illi iterū clama
uerunt crucifige eum · ubi ostendit · quod iā clamauerant ·
cū uellent sibi dimitti barraban · adiunx̄ · pilatus uero dice
bat eis · quid enī mali fecit · hoc modo breuiter dixit insinuaū
quod diu gestum ē · memor tamen etiam ipse quid uellet
intelligi · non ait pilat⁹ u̅ dix̄ eis · s; ait · pilatus uero dicebat
eis · quid enim malifec̄ · quia si diceret dix̄ · quasi semel dictū
intelligeremus · quia u̅ ait dicebat · satis intimauit intelli
gentib; multis modis & sepe dictum ēē quousq; inciperet
hora sexta · Cogitemus g̅ quam breuiter hoc dixerit marc⁹
in comparatione mathei · quā breuiter matheus in compara
tione luce · quā breuiter lucas in cōparatione iohannis · cū
tamen alia atq; alia q̄sq; cōmemoraret · quam breuiter ipse
iohannes in comparatione rerum que geste sunt & morarū
cū illa gererentur · & sine insania resistendi credam⁹ duas
horas · & q̄dē illo interuallo transire potu[illegible]isse · Quisq̄s autē
dixerit potuisse marcū si ita ēēt eo [illegible]ua tempore dicere
fuisse horam terciam quo erat hora tercia · cū uox iudeoꝝ
de crucifigendo dn̄o sonuisset · dicere etiam quod eum tunc
ipsi cruci fixerunt · nimis supbe leges narratorib⁹ ueritatis
imponit · Sic enim potest dicere · si hec ipse narraret · eo m̄